



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1702. usque ad annum 1708

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1781**

**VD18 13322648**

§. 117. Augustus Poloniæ Rex Regni sceptrum abdicare coactus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67633](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67633)

Sæc. XVII. *lem nec locorum angustia, nec anni sterilitas afferre potest, quamprimum pararentur militares executiones experturi, ni fecerint.*  
 A. C. 1706. *Quinimo Pontifex die decima nona Decembris ab Eugenio petiit, ut Cesareas copias, quæ Ferrariensem ditionem hyberna acturæ ingrediebantur, inde abduceret.*

## §. CXVII.

*Augustus Poloniæ Rex Regni suevici proptrium abdicare coactus.*

*Gottfrid  
 Hist. cont.  
 pag. 652.  
 Hode l. c.  
 pag. 496.  
 Kettel. l. c.*

Interim Augustus Poloniæ Rex inimicam ubique belli fortunam experiebatur; Suecus enim Rex Catholicum Principem huic Regno præesse indignatus, nec arma inferre destitit, nec pacem concedere decrevit, nisi aut ipsam cuncta totius sui Regni vires ipsam vitam profudisset, aut Augustus coronamque iuribusque suis cederet: Eapropter cunctos eidem adhærentes armis opprimere intentus, primo Saxones prope Frauenstadium tanta clade affectos, ut Augustus rebus suis hoc prælio prope accisis prospecturus, Cracoviam adhuc obsequentem profugere ibique Moscorum, & Cosackorum suppetias præstolari cogeretur: nec tamen illi a capitali suo hoste tutus erat; Suecus enim in Lithuaniam irrumpens, die



vigesima secunda Maij capta Vilna Sæc. XVII.  
Moscovitas, Cosakosque fudit fugavit- A. C. 1706.  
que, Regemque in Saxoniam profu-  
gum insectatus, occupatis Gorlizia &  
Budissa unacum Stanislao Rege intruso  
Saxoniam inundavit, indeque immensas  
opes militesque extraxit: Paulopost  
præconis voce incolis, ne domos de-  
fererent, aut vim opponerent, indixit  
obsequentibus vero omnem securitatem  
pollicitus est. Incassum Josephus Im-  
perator per suos Legatos pacem, aut  
saltem inducias offerebat, id quoque  
urgebant Angli, Dani, & Batavi, qui  
Ranstadii eo fine convenerant. Verum  
inutilia erant eorum officia apud Sue-  
ciæ Regem, qui conspirantibus Au-  
gusti Ministris, nullam aliam pacis  
spem fecit, nisi is retento solo Regis  
nomine, Regno cederet, & Stanis-  
laum Poloniæ Regem agnosceret, gem-  
mas, Regni archiva in Saxoniam  
translata Regno, & Sobiesckios Prin-  
cipes libertati redderet, simulque Mo-  
schorum fæderi nuntium mitteret: Con-  
ventum insuper die vigesima quarta  
Septembris, ut Suecus in Saxonia hy-  
berna ageret, & cum eo Augustus ad  
religionem juxta pacis Westphalicæ te-  
norem in Imperio conservandam suas  
quoque vires jungeret. Tam iniquæ  
paci subscripsere Augusti Regis Ministri,  
&



Sæc. XVII. & quamvis hic ad oppidum Callian  
 A. C. 1706. Suecos captis belli tormentis atque in-  
 pedimentis die vigesima nona Octobris  
 profligasset, suosque Ministros cultu-  
 diæ dedisset, haud ultra tamen im-  
 paci reclamare poterat, sed die deci-  
 ma quinta Decembris cum Sueco  
 mitioribus pacis conditionibus age-  
 coactus est, quæ etiam die prima  
 nuarii anno sequenti publico præcon-  
 in Saxonia fuerant declaratæ.

## §. CXVIII.

*Bellum Hungaricum contra Ragotzianos rebelles.*

*Wagn. vit.  
 Jos. lib. I.  
 Gottfrid.  
 Hist. cont.  
 pag. 649.*

Auspicatum felixque alioqui Jo-  
 Cæsaris imperium multa mole-  
 turbabat rebellium Hungarorum  
 quies; quamvis enim hi in Transyl-  
 nia ingenti clade affecti fuissent, cap-  
 tamen Eperiesino totam hanc regionem  
 cædibus, rapinis, atque incendiis  
 licentius devastarunt, quo lætante  
 Heisterum Comitem, cujus fortitu-  
 nem plurimum formidabant, ab  
 licis ex alienæ laudis invidia a  
 tari imperio amotum compererat.  
 Quamprimum vero Herbevillium,  
 Heistero successerat, propulsatis  
 thyani, quem Ragotzius turbandæ Hun-  
 garicæ præfecerat, copiis, Danubio